







1779, 27

PROCANCELLARIVS  
CAROLVS FERDINANDVS  
HOMMEL

SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES

VIRO PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

CHRISTIANO GOTTLIEB MITREVERTERO

LIPSIENSI

DIE XXIII. DECEMBR. MDCCLXXVIII.

CONFERENDOS

INDICIT.

---

*Rhapsodiae Supplementa.*

---

LIPSAE

EX OFFICINA LANGENHEM. HAEREDD. ET KLAVBERTH.



PROFANIS  
CAROLVS FERDINANDVS  
HOMME

STAVO ET VITIOVS IARE HONORE

UTO PATRONALIS ATQUE DOCTRINA

CHRISTIANO GOTTLIEB METZGERO

1771

ET XXII DECEMBER MDCCLXXII

CONFERRENDVS

INDICE

INDEX

1771

ET OFFICINA HANNOVERIENSIS, MDCCCLXXII





OBSERVATIO DCCXXV.

*Reges non omnia possunt.*

**S**i abominabile me in hac rubrica proposuisse lector timidiusculus putet, tuebor eam magni et potentissimi principis Friderici Borussiae regis auctoritate ita referentis: *Wenn Leuten, so bereits in meinen Landen etabliret sind, aus einer andern meiner Provinzen, als in der sie wohnen, eine Erbschaft zufället, da seze und ordne ich, wenn es auch bishero üblich gewesen, das meinem Fisco davon gewisse Abzugsgelder bezahlet werden müssen, ich dennoch solches nicht weiter verlange, sondern dergleichen Abschofs-Gelder, soviel Mich und meinem Fiscum angehen, gänzlich abgeschaffet werden müssen. Ich spreche jedoch hierunter nur allein von meinem eigenen Interesse. Denn wenn einige Städte oder auch einige von Adel wirklich berechtiget sind, in dergleichen Erbschaften so nach andern meinen Provinzen gehen, einigen Abschofs zu fodern, so kan ich solche ihre darunter schon habende Befugnisse und Priuilegia nicht nehmen noch schmälern, obschon die Sache an sich selbst sehr unbillig und sehr ungereimt ist - - Ich bin Euer gnädiger König Friedrich.*  
Potsdam den 8. Jul. 1750. An den Geheimden Rath und General-Fiscal Vhden. Adde Obseruationem CCCLVII. CCCCLXXX, CCCCLXIX. DCXXXVI. num, 5. DCXCIX.



## OBSERVATIO DCCXXVI.

*Etiam hodie leuiuscula quidem aggratiandi causa,  
sed causa tamen, eaque meo arbitrato vtilissima,  
si mulier soluta velit nubere condemnato; aut  
condemnatae quis matrimonium spondeat sub  
conditione impunitatis.*

- I** Non solum apud Germanos, longo vt puto ante, quam ad religio-  
nem christianam conuerterentur, tempore, verum etiam apud  
Gallos laudabilis consuetudo obtinuit vt, si ad mortem condemnato  
caelibi velit puella nubere (imprimis si illa fuerit meretrix, argumen-  
to fortasse ex capitulo 20 X. de sponsalib. ducto) in honorem matri-  
monii is liberaretur etiam a capitali poena, si modo grauissima quaedam  
crimina excipias. Meminit huius vetusti moris CHASSANAEVUS in  
Consuetudinibus Burgundiae vbi dicit: se nullam huius rei rationem as-  
ferre posse, nisi quod per matrimonium maior videatur reo poena im-  
poni; quam per mortem. Tali poenae mitigatione vtut hodie magi-  
stratus ex sua potestate non possit reos beare, tamen adeo praestans  
aggrationis causa semper visa est, vt nonnulli dicant: principem, si ve-  
niam denegat, mortaliter peccare, adeoque a magistratu, si tale acci-  
dat, etiam ex officio referendum ad principem et rapiendam occasio-  
nem esse, quae qualicumque modo a morte possit liberare. L. 168. ff. de  
regul. iur. Exemplum habeo in promptu, vbi dux Saxoniae poenam  
exilii perpetui promeritam virgini remittit, quod sponsum inuenerat ei  
matrimonium sub conditione impunitatis promittentem. Dimittebatur  
illa statim ex carcere sine omni poena, idque, vt verba rescripti habent,  
in honorem matrimonii. Von Gottes Gnaden Wilhelm, Herzog zu Sach-  
sen etc. Liebe, Getreue! Was an Uns Hanss Razenberger, Stadtknecht  
zu Iehna, daher, das der verhaftten Margreten Klettin, die zuerkante  
Landes Verweisung in Gnaden erlassen werden, und er mit derselben sich  
verheyrathen möchte, in Vnterthänigkeit gelangen lassen, das habet ihr  
aus



aus dem Inschlusse mit mehreren zu vernehmen. Diessail denn ermeldete Verhafte etc. Als begehren wir vor *Vns* und *Vsere* freundlich liebe Brüder und Gevattern, hiermit, ihr wollet sie nunmehr der gefänglichen Haft erlassen, und den heiligen Ehestande zu Ehren auf freyen Fuß stellen; An dem geschieht *Vsere* Meynung etc. etc.

## OBSERVATIO DCCXXXVII.

### *De Semipraesumptionibus, et demonstratione summaria.*

**P**lena praesumptio penitus liberat ab ab onere probandi. Sed euenit interdum, vt si quis rem valde credibilem alleget, cui tamen iuris praesumptio plenissima non adsistat, suscipere quidem teneatur probationem asserens, ita tamen, vt si vel aliquantulum probauerit, plene probasse censetur. Hoc vocatur *das Beybringen* et nuda vel summaria Demonstratio, cuius ratio et fundamentum est haec ipsa, de qua agimus *Semipraesumptio*, (sit venia nouo vocabulo, quod introducere audeo.) Tale exemplum obuenit in dominii probatione, si actionem negatoriam insitueris, item si mors absentis sit probanda, (*Obs. DCLVI. et DCXCV. num. 13.*) et mercator, qui contra mercatorem suum librum acceptorum et expensorum producit, semipraesumptionem habet, vt, si modo vnum testem opitulantem habeat, ei penitus credatur. Generatim hoc dico: quotiescunque sine probationis solennibus causa tantum summarie cognita statim suppletorium dicitur, id indicio est, semipraesumptionem subsuisse. Similiter si herus vel magister, vel maritus paucis tantum et summarie demonstrauerit, vxorem, discipulum, feruum, ancillamue meruisse coercionem, quod deest plenae probationi, illa, de qua agimus, semipraesumptio supplet, vt sequens Observatio docebit.



## OBSERVATIO DCCXXXVIII.

*Modica castigatio permessa marito.*

*Non separanda a thoro et mensa vxor, quae iurgiiis continuis alapam prouocauit a marito, eumque ad irascendum moribus haut tolerandis sollicitauit.*

*Famulum suum ancillamue leuioribus plagis, attamen promeritis, afficere permissum, modo nulla vulneratio conspiciatur.*

*Castigationes, in quas maritus, berus aut magister prolapsus, in dubio praesumuntur promeritae; quae tamen semiplena est praesumptio, ut nempe summaria demonstratio sufficiat.*

- C**astigationem puto in realem et verbalem commode diuidi; Realis autem vel leuior vel grauior. Inter realium leuissimas castigationes refero alapam, non aliter tamen, nisi sit promerita, etiamsi nasus sanguinem stillet. Grauiores autem reales castigationes, quae sub nomine Saeuitiarum veniunt, sunt plagae, ex quibus fugillationes (*braun und blau*) item dentium ex ictu laxatorum laesio, cincinorum ex cute depulsio, aut vxoris in viam per capillos protractio, item cultri aut gladii nudi ostensio, quae, etiamsi ad inferiorem iurisdictionem tantum, non ad altam pertineant iniuriae, eamque ob causam exiguae videri possint, tamen videntur inter coniuges iam ad Saeuitias referendae, propter *L. 8. C. de repud.* ibique obuientia verba: *si se vesperibus, quae ingenuis aliena sunt, afficientem probauerit, tunc repudii auxilio uti permittimus.* Sed alapam eamque promeritam, ut supra dixi, ad leuem castigationem, de qua *Legem 5. §. fin. ff. ad L. Aquil.* intelligendam esse censeo, reulerim. Ita inter coniuges. In famulitium autem plura licent, ut probro ex Saxonica Ordinatione Famulitia *tit. 4. §. 2.* vbi de famulis et ancillis haec verba regulam constituunt: *Da es sich aber öfters zu- trägt,*



trägt, daß das Gesinde durch Ungehorsam, trotziger oder widerspenstiger Bezeigen, Müßiggang, Auslaufen und mancherley im Hause und in der Wirthschaft verursachten Schaden den rechtmäßigen Unwillen der Dienstherrschaft dergestalt reizet, daß solcher in einige Scheltworte, gemäßigte Correccion oder Züchtigung (leuiores plagas) ausbricht, und das Gesinde daher Anlaß nehmen wollen, entweder aus eigener Bosheit oder Verhezung anderer Leute, wider sothane ihre Dienstherrschaft Denunciaciones einzureichen und das Gesuch auf Abbitte, Ehrenerklärung, Strafe und Vnkosten zurichten; So sind dieselben in solchen Fällen mit dergleichen Denunciacionen nicht zu zulassen, noch von dem Richter darauf auszufertigen: Vielmehr hat sich das Gesinde mit Anerkenntniß seiner Bosheit oder groben Fehler die erhaltenen Scheltworte oder gezogenen Correccion und Züchtigung (sub his, quia iniuriis opponuntur, leuiores plagas intelligo) selbst bezuzumessen, und derselben, wenn sie ohne Verletzung (vulneribus) gefeehen, sich zu unterwerfen. §. 3. Abbitte und Ehrenerklärung soll füröhin von Seiten der Herrschaft gegen das Dienstgesinde weiter nicht stat finden. Puto ex his optime cognosci posse, in quo modica coercitio heri in famulos ancillasque verferur.

Maritalem potestatem sub se etiam coercionem sed leuiorem, nempe reprehensiones verbales, immo alapam nec aliam tamen, quam promeritam (qualis in dubio fere praesumenda) comprehendere, ratio dicitur et religionis nostrae praeceptum; cum ipse Deus Euae dixit: Sub viri potestate eris et ipse dominabitur tibi, et in nouo testamento Eph. V, 23. Maritus vxoris est caput. Nulla certe potestas, sine castigatione consistit; Nam obistere iubenti quemquam posse, aut vetanti obloqui, plane est contrarium notioni potestatis. Vnde mirum est, theologos, imperii Adamo in Euam a Deo concessi immemores, denegare marito facultatem verberandi vxorem, quod faciunt ideo, quod Paulus Coloffensibus scripsit: Viri diligite vxores vestras et nolite seueri esse in illas, et CHRYSOSTOMVS dixit: Et vos viros illud admoneo, nullum sit tam magnum peccatum, quod ad verberandum vxorem vos compellat, atque nota sit illa Principis Sententiarum PETRI LOMBARDI philosophia, si diis placet, egregia: Foemina, inquit, de costa viri facta est, non ex pede: ut significaretur, non esse seruituti subiiciendam, cum quibus sanctis viris iureconsulti conspirant, quia in L. 8. C. de repud. et subiecia hujc



huic legi Authentica plagae omnes improbantur, vt coercitio realis cadere haud possit in sociam fortunarum et sacrorum omnium, nec conueniat veteri formulae: VBI IN CAIUS EGÒ CAIA, nec legi Romulae: VTQVE DOMVS VIR DOMINVS, ITA MVLIER DOMINA, ex quibus patet visum fuisse hanc coniugum societatem aequalem.

- 7 Ego malim media via incedere et inaequalem societatem inter coniuges statuere, quae est, si vnus sit alteri inferior, qualis populi Romani cum sociis, quorum erat Quiritium maiestatem comiter reuereri aut, (vt in *Li. 7. §. 1. ff. de captiu.* dicitur) conseruare, quod explicat GROTIVS de *I. B. et P. lib. 1. c. 3. §. 27.* ita quidem, vt praesit maritus vxori tanquam anima corpori, quae locutio tamen impropria, quia corpus semper est animae obsequens, nec vnquam oggannit. Talem, immo maiorem, facultatem tribuunt marito STRAVCHIVS *disp. de Iure mariti in vxor. Sect. 3. §. 10.* STRYCK. *disp. de Operis vxor. c. 1. §. 15.* qui coercionem leuiorem marito permittunt. Nam qui in reprehensionibus verbalibus marito subsistendum putant, nae illi mores rixosarum in plebe mulierum, quae centum habent linguas, verborumque ignorant. Has tu quaeso verbis et cohortationibus oralibus mansuesce! Id instituere caneros est rectam incedendi viam docere, aut aethiopem lauando dealbare.
- 9 Sed Consistoria, inquis, vxori propter acceptam alapam separationem a thoro et mensa decernunt. Haec Consistoriorum est obseruantia, fateor: Si tamen prius vxor valde tumultuata sit, si contumeliis lacerauerit, durius foret, ob alapam protocatam i. e. promeritam, separare a thoro maritum, vt etiam in Consistoriis admittendum putem maritum ad probationem exceptionis: *Acceptam alapam promeruisse*, quam rem inter Semipraesumptiones retulerim, quarum naturam et indolem in Obseruatione antecedente exposui.
- 10 Si vxor prius pulsauerit maritum, is vero deinde non baculo solum sed etiam fuste eam coercuit, vt sanguis etiam stillaret, non peccet propter has saeuities separationem a thoro et mensa mulier, quia paria delicta compensantur. Nempe in societate inaequalium, siue tali, vbi vnus socius alterius auctoritatem comiter reuereri debet, (qualis est inter herum et seruum, magistrum et discipulum, patrem et filium, dominum et vasallum, atque olim inter populum Romanum et socios) in tali, inquam, societate inaequalium, minor plaga minorue iniuria



ria inferioris focii comparanda plagae maiori iniuriaeue potentioris focii.

Ex his omnibus si, quid potissimum velim? desideres, dico: r̄ omnem de castigatione maritali quaestionem, si qua alia, in facto positam, vt iudex pro personarum, temporum, locorumque diuersitate secundum aequitatem rem aestimet, adeoque in separatione a thoro et mensa diuersimode in causis similibus, nec tamen plane iisdem, decernat, nec ad vnum calceos omnes pedem consuat.

### OBSERVATIO DCCXXXIX.

*Vt, quae desunt aduocatis partium, iudex suppleat.*

Haec rubrica est tituli vndecimi in libro secundo Codicis, ex quo legem vnicam, quia fere ignoratur, hic reperam. Aiunt imperatores Diocletianus et Maximianus: *Non dubitandum est iudicem, si quid a litigatoribus, vel ab his, qui negotiis adfistunt, minus fuerit dictum, id supplere et proferre, quod sciat legibus et iuri publico conuenire.* Id si iudex non debet videri se immiscuisse iuribus partium, quod leges vetare, immo, nihil debere iudicem agere vel suscipere, nisi fuerit imploratus, praecipere videntur. Inde in actibus contentiosae iurisdictionis iudicum consilia, quibus neglecta supplent, plerique damnabilia putant, quia suppeditans partibus argumenta aut libellum sibi in scriptis porrectum emendans, inprimis si id faciat amicitiae feruore vel lucri spe, is aduocati, non iudicis, partes sustinere videtur, vt suspicione non penitus careat. Idem iurisiurandi hodierna formula docet ab assessoribus Curiae Supremae praestandi: *Ihr sollet geloben und schwören in Sachen, so bey dem Oberhofgerichte schon anhängig oder dahin kommen, aufer der Güthe, wissenlich nicht zu rathen, quam ego formulam paulo, vt quibusdam videtur, generaliore vituperare non ausim.* Si tamen iusti amor, non affectus in iudice pravus, viam litigantibus legitimam monstrat, dixeris fortasse, excusabile esse eius consilium. Non renuo. Videntur autem, qui hanc formulam iurisiurandi conceperunt, prauum affectum potius, quam bonum, in iudice praesumfisse.

B

Nih.



3 Nihilominus autem casus incidere possunt eiusmodi, ut in inferioribus potissimum iudiciis, partibus non consuluisse, vitium sit, in primis si pauper litiget. Sic in causis minutis si iudex libellum ore prolatum ipse consignare et redigere in registraturam debeat, non potest solum, sed etiam debet male prolata in melius vertere atque tam in factum accurate inquirere, quam melius ius suggerere atque ita registraturam concipere, ut actio petitoris subsistat.

4 Multo magis in actibus voluntariae iurisdictionis, si testamentum quis condere, vendere fundum, aut donare velit, pertinet ad officium iudicis quam maxime minus commode prolatorum emendatio, adeo quidem ut, si non faciat, aut aliquid negligat, in factum ex L. Aquilia actione vtili conueniri possit. Sufficit tamen, iudicem monuisse: actum, si ita, ut proposuerunt partes, expediatur, nullum fore; si hoc monito nihilominus in suo proposito persistant, non debet ideo suum officium denegare, sed actum expedire periculo partium. Poterit suae securitatis causa, si velit et res patiatur, etiam annotare, se monuisse. In actibus autem contentiosae iurisdictionis sua fors sim, ut sine praefulgente et manifesta aduersarii fraude, neutri succurrat, ne polypragmosinae se reum faciat, de cuius poenis in Obseruatione DCLXX. diximus.

Iam vero paginas, quae supersunt, destinabo honoribus indicendis ex merito decretis, ut iis condecoretur

VIR CONSULTISSIMVS  
CHRISTIANVS GOTTLIEB  
MITREVTER

cuius in discenda iurisprudencia positum laudabile studium vita prodit, quam non cessamus, more in Academiis recepto, publicare.

Natus est in hac vrbe die XXVI. Martii anno huius seculi LIV. patre Domino GOTTLIEB AVGVSTO MITREVTERO, celeberrimo causarum Patrono, matre CHRISTIANA IULIANA, natu SOELNERIA. A puero scholam ad St. Nicol. frequentauit, qua nondum egress-



egressus anno MDCCLXXI. d. 8. Maii, Rectore Magnifico PLAZIO, in numerum civium Academicorum relatus est. Sequenti deinde anno scholis Academicis interesse coepit et praesertim in philosophicis SEYDLIZIVM, in litteris humanioribus CLODIVM, et in historicis ERNESTIVM et WENCKIVM praeceptores habuit. In iuris scientia Magnificum ZOLLERVUM, BAVERVM, SEGERVM, SCHOTTVM, SAMMETVM, BREVNINGIVM, FRANCKIVM et RAVIVM secutus est, measque in ius Canonicum praelectiones frequentavit. Finitis demum studiis Academicis die XXVIII. Iunii anno MDCCLXXVI. moderante Magnifico ZOLLEO Exercitationem Iuridicam: *de praesumptione mutui ex solutione usurarum petenda*, publice defendit, eodemque anno non examen solum pro Candidatura, verum etiam quod vocant Rigorosum superavit, in quibus ita probatus Ordini nostro, vt prae caeteris dignum supremis in iure vtroque honoribus iudicaret. Denique anno huius seculi LXXVII. d. 3. Ianii numero Aduocatorum Saxonie adscriptus huc vsque negotiis forensibus cognoscendis dedit operam, in eodem quoque anno et mense ab Amplissimo Senatu Lipsiensi Notarii publici dignitatem obtinuit, cuius deinde muneris confirmationem ab indulgentissimo Principe d. 2. Octobris dicti antea anni impetrauit. Nunc habita prius cursoria praelectione in Legem I. C. *de pignorat. act.* quam die Mercurii proximo in cathedra inferiori recitabit, sequens deinde dies, qui Iouis est, doctissimo huic viro doctorem lauream afferet, eumque in superiore cathedram collocabit.

Nempe hoc die Praeside Viro Summo Reuerendo et illustri Domino FRIDERICO GOTTLIEB ZOLLERO, *ICTo et Antecessore magni nominis, Ecclesiae Cathedralis Merseburgensis Capitulari, Curiae Provincialis supremae Assessore, in hac Academia Codicis Professore Publico Ordinario, Facultatis Iuridicae Seniore spectabili, et h. t. magnifico Academiae Rectore*, Patrono meo honorando et Confratre charo prae caeteris, disputationem inauguralem, quae inscribitur: *Dissertatio Observationes Practicas continens* publice defendet, sique, de quo non dubitandum, victoriam reportauerit, finito hoc literario conflictu, Promotor ad id rite a me constitutus Vir Illustris et Excellentissimus Dn. IOHANNES THEOPHILVS SEGER *I. V. D. Supremae in Provincia Curiae Assessor Ordinarius, Institutionum P. P. et Facultatis Iuridicae Assessor,*



VIII

for, praestantissimi ICrus ingenii et Collega dilectissimus ei supremam  
tam Iuris Canonici quam Ciuilis dignitatem conferet. Licet vero non  
dubitem, affuturos esse, quos rogo, tamen quia rogandi mos est, Re-  
ctorem Vniuersitatis Magnificum, Illustrissimos Comites, Vtriusque rei-  
publicae Optimates, nec non Generosissimos Nobilissimosque Comilito-  
nes reuerenter humaniterque obsecro, vt diem Candidato nostro  
gloriosum celebrent, eaque re etiam collegio nostro atque mihi rem  
gratam exhibeant, vicissim omni officiorum genere rependendam.  
Dab. Lipsiae die Dom. IV, Aduent. MDCCLXXIX.













Leipzig, Diss., 1779 A17



f

86.











1779, 27

PROCANCELLARIVS  
CAROLVS FERDINANDVS  
HOMMEL

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
VIRO PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
CHRISTIANO GOTTLIEB MITREVERTERO

LIPSIENSI

DIE XXIII. DECEMBR. MDCCLXXVIII.

CONFERENDOS

INDICIT.

---

*Rhapsodiae Supplementa.*

---

LIPSAE

EX OFFICINA LANGENHEM. HAEREDD. ET KLAVBERTHI.

